

178

176

182

172

187

167

227

127

277

077

Ende

Anfang

167

diuntur, non in odium crucis et fidei, non propter aurum et argentum capiendum, sed ut homines cipient et in suam servitatem redigant. Unde cum improvise in villas irruunt, non solum adultos, sed et parvulos in lacte matris, a parentibus fugientibus derelictos, inventos portant in saccis, et cum magna diligentia nutriendunt. Sed sicut dominorum magna est aviditas servos possidendi, ita et servorum magnum est desiderium manus eorum evadendi, nam nihil aliud inter se tractant, non aliud cogitant et loquuntur, nisi quo modo et quo fugiant et evadere possint. Sed cum ipsi domini eorum hoc perpendunt et considerant, statim incipiunt eis negare copiam alimentorum, ne ex superfluitate sibi ad fugam viaticum praeparare possint. Fugiunt autem multi, sed nihil proficiunt, nec evadunt, et dum post fugam inventi fuerint et redacti, duplicatur eis miseria, et si secundo fugerint et reducti fuerint, jam non est locus veniae, sed sine aliqua misericordia verberantur, cruciantur et affliguntur. Si autem fugiendo perseveraverint, venduntur vel etiam variis necessitatibus a fuga coercentur, nam alii eis cibo et potu negato et vestimentis permittunt mori, alii massam ferri in pedibus apponunt, alii colla catenis stringunt, alii combustis nervis eos claudos reddunt, alii abscissis auribus et naso inutiles et deformes reddunt et notabiles, alii etiam crudeliter galiis reductos necant. Multi autem in fuga ad loca inhabitata veniunt, et montibus et solitudinibus errantes fame et situ pereunt, vel quod extremum malum est, sibi ipsis duro servilio pressi vel miseria et defectu in fuga affecti, manus injicientes vel laqueo sibi vitam extorquent vel se ipsis de alto praecipitando perdunt vel aquis immungunt. Haec quotidiana sunt in locis, ubi homo hominem sicut bestiam possidet, nam hoc quidem fieri vidi oculis meis in nostro hospitio Alexandriae. Hospes vel consul emerat unam Aethiopissam cum aliis emtitiis, quos habebat. Illa Aethiopissa quadam die pro aliquo defectu arguta a domina, correctionis impatiens restitit corrigenti dominae, quae jussit verberibus affici, sed ita contumaciter se habebat, et servus castigator arrepto baculo in eam totis viribus sicut in asinum persecutiebat, et in terra jacentem pedibus conculcabat, quae nihilo minus contumacissime restitit, repercutiens, sputum projiciens, linguam extendens tortorem paene fatigabat. Demum difficiliter victa cum fuisse funibus

